



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Nicolavs Ep. 6. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Ipsum SABAM , cùm ad Anastasium Imp. hæreticum iret , anteambulonem habuisse Angelum , verbis impiam liberis castigasse , mortemque ei imminentem multò antè prævidisse. Sed & Iustinianum itidem Imperatorem palam coronam cœlo vidisse descendere , & caput SABA ambire , qui tamen exorari non potuit , ut heredem Imperatori apud D E U M impetraret , quod hunc hæriticorum partibus accessurum sciret. Denique in celum abiisse anno d. xxxi. inter DD. Martyrum comitatus. Ex Metapbr.

Verè dives est , qui in conspectu Dei potest dives videri , in cuius conspectu terra exigua , mundus ipse angustus est . Solum illum Deus divitiam novit , qui sit dives aeternitate , qui non opum sed virtutum fructus recondat. S. Ambr. l. 3. ep. 1.

S. NICOLAVS EP. 6. Decembris.

Mores cum lacte ab infastiâ imbibi. Nicolavus probat , qui cùm à primis cunabulis diebus Mercurii & Veneris semel in die , idque noctu tantum , maternum lac admisisset , eam consuetudinem jejunii per omnem deinde vitam sanctissimam habuit. Adolescens divitias omnes in pauperes dilapidavit , ad hoc ingenio etiam , ne gloriolum mercaretur , usus ; uti ruris fecit , cùm tribus pueris , quas neverca paupertas prostituere parabat , dotem trinitatis noctibus furtim per fenestras immisit. Subinde cùm pietatis causâ terram CHRISTI vestigiis nobilem peteret , iratum mare quieti , nautam extinctum vitæ reddidit. Post ex eremo ad homines divinâ voce evocatus , & divino item indicio Pontifex creatus Myrre , pro libertate Catholicâ fortiter carcerem & vincul.

cula tulit. Pro salute suorum sollicitus, etiam cùm longissime abesset, adfuit tamen. Ita Imperatori quaandoque Constantino conspectus jussit sententiam revocare, quam in tergeminos Tribunos innocentes tulerat. Ita institorem in somnis monuit, frumentū, quod haberet, in urbem suam quam fames vexabat, conveheret. Aliás vocatus à navigantibus, sèpiùs opem tulisse visus est. Quid? quòd animum NICOLAI tumulus ejus est imitatus, oleum miseris propinans. Tumulatus verò memoretur circa annum CCC. XXVI. cùm moriturus Angelos obvios habuisset, etiam nobis occursum, si rectam viam insistamus. Ex Iustinia. & Brev. Rom.

Post memoriam Virginis singularis tam dulcis pie-
tus, vel pin dulcedo in cordibus fidelium obversatur
ut in die tribulationis nomen NICOLA teneatur in
ore, requiescat in corde. Si pulsamur incommodis,
statim S. Confessoris nomen proslit in os nostrum,
NICOLAVS ingeminatur. S. Bern. serm. de S. Nic.

S. PAULVS CONF. 7. Decembris.

PAVLVM parentes dixere, addidit deinde vir-
tus Obsequantis cognomen, quod ille nec cum
Alexandris aut Scipionibus nunc commutabit.
Quid? quòd cœnobio ipsi, quod habitabat, no-
men miraculis ingens peperit; Nam illud quan-
tum obedientiæ sive exemplum sive præmium
fuit, cùm picem in aheno bullientem à flammâ,
jam jamque exundantem nudo brachio, quoad
subsideret, impunè versavit? Quod factum cùm
alii, ut par erat, laudibus extollerent, convitiis
alii deprimarent; perstigit tamen ille in statione
sua, suopte judicio terræ purgamentum & canis

pigel-